Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35185
Copyright: Brixen/Bressanone, Priesterseminar

Campana quoque illius nulla ratione remittet
Quis erit redimi si patiatur ea
Summo solvendus fuit cistercius ordo
Nil sibi de toto deperysse potest
Aut decimas solvant aut brachys lege perhenni
Crura sua inviti posteriora tegent
Claustra nec exibunt prodent monalia passum
Aut ta marcarum milia plena dabunt
Sortem tum pena solvet ta milia plena
Et nisi sustineat solvere mille dabunt
Sed quid erit de me qui iam vindicta sequetur
Qualiter ulciscar sic laceratus ego
Papa quid statuet ne quis de fratribus extra
Septa sui claustri quolibet ire queat
Cum sicut fuit lege transgressus eorum
Hec tria perpetuo iure sequentur eum
Nunquam vina bibat nec cruda legumina gustat
Sitque gravis culpa pena perhennis ei
Hoc de iure poli faciet in pp libenter
Sed de iure fori quod gemius omne meum
Illud erit quod ego factam statuisse per orbem
Si fuerit tanto tempore vita comes
Istos conversos quos perversos magis esse
Constat et ex factis nomina ita trahant
Ecclesie portam quisquis conspexerit extra
Mox oculos dextros auferat atque pedes
Et nisi campana collo dependeat una
Mentula tollat quodque colperet ei
Dent ei brace vnni tollat in evum
Dampnet que tanto pistio et ova simul

183